



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 175. Et remisit ad Pilatum. v. 11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

eritis in conculationem, sed sola vexatio intellectum dabit. Attamen quid egistis ? factum vestrum , factique rationem lubet penitus indagare. Non dubitatis, quin aurum ex luto vestro, qui Christum aspergisset, queamus eruere. Ecce vestis illa illatoria facta est per Christi patientiam, vestis decora & honoris plena. Ista in sacris Christianis habet maiestatem miram. Reges & Principe sea vtuntur ad gloriam sacram; imo cum Deum Patrem depingimus in ea, eum producimus decorum. Salve o vestis honorata, olim probrosa; nunc gloria &c.

§. 175. Et remisit ad Pilatum. v. II.

Quomodo vinclum, neque damnatum sed neq; abolutum. In hoc cibalitas Herodis ludorum impietatem tacite damnabat, qui Iesum perfime criminatum tamen morte damnare non potuit, sed ut satum habet posse, qui nequam, vti nec pueri, suppliciorum civilium sunt capaces. Non potest tamen Herodes iste excusari, quod eum adeo infamem sine causa fecerit, & subditum suum nouis denuo. capiendum tormentis ad Pilatum remisiterit eique contumeliam intulerit, non solum domi sua, sed & dum per vias & plateas duceretur omnibus derisi ac ludibrio expuerit, sane fertur a prætorio Pilati ad Herodis palatum fuisse iter trecentorum quinquaginta gressuum, siue 755. pedum : incertum tamen an eadem via reductus, an alia longiore quo magis innotesceret eius captiuus, & plures ad eius extorquendam condemnationem ex eius hostibus corrugarentur.

**O** Ibi quem & obtutum Herodem, filius Dei, sapientia illa incepsa, qui vniuersam mundi machinam creavit & moderatur, in quo omnes scientiarum & præscientiarum Thesauri absconditi sunt, in quo divina prouidentia habitat, ab Herode eiusque Aulicis instar fatui, hebetis & stolidi habitus fuit, & instar stolidi delusus. O quam magna & sancta persona subtili habitu tunc latebat.

§. 176. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus ipsa die nam antea erant inimici ad inuicem. v. 12.

Huius quidem discordiae duplex erat causa; prima quidem fuit communis hominum miseria, quod semper potentes vicini emulentur & sibi inuicem sunt suspecti: vbi enim eminentia, ibi inuidentia. Altera causa inimicitiarum erat specialis inter Herodem & Pilatum, nimis, quod Pilatus turbarat jurisdictionem Herodis, multos capiens.